



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. An Canonicis debeatur præbenda, seu beneficium, tanquam congrua sustentatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

executione suscepit ordinis suspensus, &  
si exerceat, sit irregularis, juxta antiquos  
Canones, ita ut hæc pœna in tali casu per  
Trident, sublata non sit.

## §. IV.

An Canonicis debeatur prabenda,  
seu beneficium, tanquam congrua  
sustentatio?

**R**espondetur, posse quidem aliquem  
in Canonicum recipi, absque eo, ut  
præbendam statim habeat, sive jus actu-  
ale ad fructus beneficii percipiendos;  
debet etiam ei præbendam Canonici-  
alem de jure tribui, quamprimum potest  
*c. Relatum 9. b. t. &c. Dilectus 19. eodem*  
(quia non est conueniens, ut ait Ponti-  
fex, eum, qui in Canonicum receptus est,  
Præbendā carere, ex cuius scilicet redi-  
tibus alatur) ita ut si Præbenda Canoni-  
calis vacaverit, possit eam, implorato  
Iudicis officio, petere, ut sibi conser-  
tur, nisi in Canonicum mere superou-  
merarium, in Ecclesia, definitum nume-  
rum Canonorum habente, receptus  
esse (quo in casu, sicuti non habet jus  
integrum Canoniz, sed preparatorium  
tantum, & gratiam extraordinariam ad  
plenum jus Canoniz obtinendum),  
si numerus determinatus per mortem  
unius imminet, sic nec præbenda  
ipso, quia taliter eretur) vel certè in Ca-  
nonicum quem absolutè receptus es-  
set, ultra numerum tamen præbendato-  
rum, (cum plures in tali Ecclesia sint  
Canonici, quam Præbendæ, & Præ-  
benda vacans non conferatur ultimo in  
Canonicum recepto, sed ei, qui antiquior  
inter non præbendatos Canonicus  
est) vel in Canonicum quidem absolute

receptus, ea tamen non præster, quæ ad  
acquendam, & obtinendam Præben-  
dam præstati debent.

## §. V.

*Qualis sustentatio necessaria af-  
signari debet Parochis, aliisque  
Beneficiatis curatis?*

**R**espondetur, debere Rectoribus  
Ecclesiarum, sive Parochis, eam  
ex redditibus Ecclesie assignari portio-  
nem, unde honestam & decentem vitæ  
sustentationem habeant. *c. Exirpande-*  
*go. b. t. nomine congrue sustentationis,*  
ea etiam intelligenda, quæ ad illius fami-  
liam convenientem personæ, & statutis,  
ac dignitatib, &c. aliendam sunt necessar-  
ia, &c. quod ipsum etiam in cit. c. §. Qui  
vero statuitur de Vicario perpetuo in Ec-  
clesiis, que Dignitatibus, Canonicati-  
bus, Monasteriis, &c. unitæ sunt, ita ut  
non possint redditus Capellarum incorpo-  
ratarum dividi, aut immixtui, qui Vicar-  
iis talibus ex antiquo ad necessitatem su-  
stentationem assignati fuerint (*c. Ava-*  
*ritia 10. b. t.*) à Monasteriis, vel Ecclesiis,  
quibus unitæ sunt, sine consensu  
Episcopi; vel propriæ auctoritate agentis,  
si tales Ecclesiæ, aut Monasteria subjecta  
Episcopo sint; vel agentis auctoritate  
Apostolicâ, si exemplia sint, juxta Cle-  
ment. unicam §. Eadem quoque, de sup-  
plend. neglig. Pralato. & debeat, qui  
præsentant tales in Ecclesiis sibi unitis in-  
stituendos Episcopo, ab hoc non institui  
in talibus beneficiis, nisi ranta eis assi-  
gnata fuerit ex Ecclesiæ proventibus por-  
tio, ut jura Episcopalia solvere possint,  
hospitalitatem (erga pauperes præser-  
tim) exercere, & congruam sustentatio-  
nem.